

ETYMA GRAECA

ἀττάραγος

Formam in -γος desinentem Etym. M. et Poll. tradiderunt, -χος Hesychii codex exhibet, Latte -γος praebet. Vox ἀττάραγος τὸ ἐλάχιστον. οἱ δὲ τὰς ἐπὶ τῶν ἄρτων φλυκταίνας. οἱ δὲ τὰς καλουμένας ψίχας eiusdem originis ac τρώγω, τράγος videtur, forma primitiva **terəḡ-* est. Quod *abroditur*, res est minima vel minimi pretii, τὸ ἐλάχιστον, ut mica panis (ψίχας), pustula in crusta panis orta (φλυκταίνας). ἀ- „intensivum“ est, -ττ- hypocoristicum ut -νν- in τυννός „petit, tout enfant“, -τθ- in τυτθός „id.“ (cf. Boisacq s. v. τυννός).

ἀτυλόν

μικρόν. ἀγεννές ἀ- intensivum continet, -τυ- idem est atque in τυννός, τυτθός, cf. supra s. v. ἀττάραγος.

βάτραχος

Vox suffixum -αχος continet, βατρ- stirps onomatopoeica est, cuius forma non procul abest a verbis βατταρίζω, quod a Friskio s. v. his fere verbis redditur: „poltern, brudeln“, et βαττολογέω „plappern“ (ibid.). Pari modo scr. *dardura*- m. „rana, tibia“ a radice **der-der-* „murren, brummen, plaudern“ (Pokorny 203) derivatum est. Nec formae dialecticae βάρ-αχος, βότρ-αχος, βρατ-άχους (acc.), βρούχ-ετος (ut βρυχ-άομαι formatum, cf. Schwyzer I 182), βύρθ-αχος, βρύτ-ιχοι, βλίχ-ανος, βλίχ-αρος, βλίχ-α(ς), βλίτ-αχος ut onomatopoeicae ullis certis legibus inter se coniunguntur, sed, quantum fieri potest, vocem ranarum imitantur.

Etiam βάβακοι ὑπὸ Ἑλλείων τέττιγες, ὑπὸ Ποντικῶν δὲ βάτραχοι vox onomatopoeica est, cf. βαβάζειν τὸ < μῆ > διηρθρωμένα λέγειν. ἐνιοὶ δὲ βοᾶν; — βάβαλον κραύγασον. Λάκωνες; — βάβαξ... λάλος, φλύαρος...; — βαβράζων κεκραγῶς συντόνως (cf. βατρ-).

βαύνη·

κάμινος ἢ χωνευτήριον etiam βαυνός, att. βαῦνος nuncupatur et vox originis externae Boisacq̄io et Friskio videtur. Quodsi ex aliqua lingua i. e., in qua *bh* in *b* abierat, in linguam graecam irrepsit, stirps βαυ- ad radicem **bhē-/bhō-/bhə-* „wärmen, rösten“ (Pokorny 113) suffixi -υ- ope auctam referri videtur, ut etiam radix **bhā-* „glänzen, leuchten, scheinen“ formam **bhāu-* (Pokorny 105) assumpsit. -vo/vā- suffixum est.

δαῦχος·

ὁ θρασύς (δραμός Latte). καὶ βοτάνη τις Κρητικὴ etiam δαῦχος dicebatur, ut Thes. I. Gr. s. v. docet: „Schol. ad Nic. Ther. 94 annotat, scribi etiam Δαῦχου, referens ex Antigono, δαῦχον ὁμοίως δάφνη πικρὰν εἶναι . . . in nonnullis vero generibus gustu etiam dulci“. Quo ex loco perspicitur daucum amarum esse. Itaque nomen dauci a radice **dāu-/dau-/dū* „i. brennen...“ (Pokorny 180) descendisse putabimus, praesertim cum etiam alb. *dhun* „bitter“ < **du-s-n-* et (tosc.) *derē* „id.“ < **deu-no-* indidem profecta sint. Cf. fontes a Friskio 352 s. v. laudatos.

Daucus vero etiam δαυχρός dicitur (cf. LSJ), quae vox ut αῦχρός < **sauk-s-mo-s* formata videtur (cf. Hofmann s. v.). Atqui Hes. et EM 250, 20 δαυχρόν· εὐκαύστον ξύλον δάφνης interpretantur, cum vocem sensu proprio verbi δαίω accipiant. Inde efficitur inter daucum et laurum aliquid commune esse. Cum vero folia et baccae lauri amara sint (cf. Meyers Konv.-Lex.⁶ 12, 252 s. v. *Laurus* L.: „Die Früchte . . . schmecken ziemlich stark aromatisch und bitter . . .“), etiam vocem δαυχρόν „laurum“ ad radicem **dāu-* redire apparet.

Sed praeter formam δαυχρός etiam forma δαύχνα nobis tradita est, cf. δραχμή et δαρχνά (i. e. δαρχνά). A voce vero δαύχνα non longe distat vox δάφνη neque ab hac pergam. λάφνη. Quae alternatio consonantium etiam in voce lat. *lau-rus*, ubi -ro- suffixum est, occurrit, cf. Ὀδυσσεύς — Ὀλισσεῖσαι, *Ulixēs*, *dacruma* — *lacruma*. Itaque verisimile videtur vocem δάφνη indo-europaeam nec tamen graecam genuinam, sed mutuo sumptam esse.

ἵκτερος, ἵκτίς, ἵκτινος

Praeter formam ἵκτερος etiam acc. ἵκτερα apud Septuaginta (v. LSJ) legitur. Suffixum igitur -τερο-, -τερο- est, stirps ἵκ-, quam in adi. ἱμαλέον· χλωρόν· ὑγρόν . . . videre licet. Etenim LSJ adi. χλωρός ita interpretantur: „greenish-yellow . . .“ Atqui hic color eorum est, qui morbo regio laborant, cf. Meyers Konv.-Lex.⁶ 7, 511 s. v. *Gelbsucht*: „Die gelbe (zuweilen bis schwarz-

grüne) Färbung der Haut . . .“ Sequitur stirpem $\iota\kappa$ -, quae in $\iota\kappa\rho\acute{\alpha}\varsigma$, $\iota\kappa\rho\acute{\alpha}\lambda\epsilon\omicron\varsigma$, $\iota\kappa\rho\acute{\alpha}\iota\omega$ occurrit, significatum coloris flavi vel viridis a colore aquae accepisse.

Quodsi $\iota\kappa\pi\epsilon\rho\omicron\varsigma$ a colore flavo nominatus est, ad eandem radicem, quod iam multis inde a Prellwitzio BB 30, 176 placuit, vocem $\iota\kappa\acute{\iota}\varsigma$ vel $\iota\kappa\acute{\iota}\varsigma$ „the yellow-breasted marten“ (LSJ) pertinere dicemus. Meyers quidem Konv.-Lex.⁶ 13, 274 s. v. *Marder* bestiolam his verbis describit: „an den Seiten und am Bauch gelblich . . . Diese (sc. die Kehle) und der Unterhals sind schön dottergelb.“ $-\tau\acute{\iota}\delta$ - suffixum est. Quominus $\iota\kappa$ - stirpem esse censeamus, forma hom. $\kappa\acute{\iota}\delta\acute{\epsilon}\eta$ non obstat, quam P. Maas KZ 60 (1933), 286 (v. M. Leumann, Hom. Wörter 53 s.) e versu aliquo epico ut est K 335 $\kappa\rho\acute{\alpha}\tau\iota$ δ' $\acute{\epsilon}\pi\iota\kappa\tau\acute{\iota}\delta\acute{\epsilon}\eta\gamma$ (sc. $\theta\acute{\epsilon}\tau\omicron$) verbis in $\acute{\epsilon}\pi\iota$ $\kappa\tau\acute{\iota}\delta\acute{\epsilon}\eta\gamma$ pro $\acute{\epsilon}\pi'$ $\iota\kappa\tau\acute{\iota}\delta\acute{\epsilon}\eta\gamma$ falso separatis ortam esse docuit. Inde efficitur unam fuisse stirpem vocis $\iota\kappa\acute{\iota}\varsigma$ eamque $\iota\kappa$ -. Quam explanandi rationem si sequimur, ι - protheticum non est.

Denique iam non dubitabimus, quin vox $\iota\kappa\tau\acute{\iota}\nu\omicron\varsigma$ „Milvus regalis“ (LSJ) ab eadem radice $\iota\kappa$ - orta sit. Etenim Meyers Konv.-Lex.⁶ 20, 476 milvum his verbis describit: „Der Gabelweih (Königsweih, Königsmilan, roter Milan, Rötel-, Rüttelweih . . ., M. milvus L., M. ictinus Sav. . .) . . . ist rostrot . . .“ Colores vero flavus et ruber eodem vocabulo denotari possunt, ut lat. *flavus* „ . . . rotgelb . . .“ (Walde—Hofmann s. v.) demonstrat vel slov. *rumen* „flavus“ — serboocr. *rumen* „ruber“. Sed ad id demonstrandum longe plurimum valet glossa $\iota\kappa\acute{\iota}\varsigma$ ὁ $\iota\kappa\tau\acute{\iota}\nu\omicron\varsigma$. Περγαῖοι, quae eadem voce et mustelam et milvum acceptos esse ostendit. Igitur manifestum est radicem $\iota\kappa$ - in voce $\iota\kappa\tau\acute{\iota}\nu\omicron\varsigma$ obviam aliam non esse quam in voce $\iota\kappa\acute{\iota}\varsigma$. Suffixum compositum $-\tau\acute{\iota}\nu\omicron$ - v. c. in nomine proprio Ἀδρησ-τῖνη occurrit.

Itaque voces, quas attigimus, lingua graeca ipsa explanari possunt. Restat, ut paucis referam de vocabulis, quae vocibus graecis propinqua visa sunt. Kretschmer quidem KZ 31, 436 haec scripsit: „Aber auch diejenigen fälle, in denen dem griechischen τ oder θ in anderen sprachen ein j zu entsprechen scheint, sind sämtlich schon darum nicht beweisend, weil ihnen durchweg auch außerhalb des griechischen formen ohne j zur seite stehen: . . . neben $\iota\kappa\tau\acute{\iota}\nu\omicron\varsigma$, wenn es überhaupt zu ai. *cyená*-gehört, avest. *saena*- . . .“ Nec certior est origo vocis arm. *cin*, quae gr. $\iota\kappa\tau\acute{\iota}\nu\omicron\varsigma$ propinqua videtur. Quodsi vox graeca nostra quidem sententia a radice $\iota\kappa$ - profecta est, iam nihil ei commune est cum voce armenia.

$\pi\rho\acute{\epsilon}\pi\omega$, $\pi\rho\acute{\epsilon}\mu\upsilon\omicron\nu$, lat. *prope*

Ernout—Meillet 1238 inter **tres-* et **trem-* eandem rationem atque inter stirpes **pres-* perfecti *pres-s-i* et **prem-* praesentis *prem-ō* intercedere docent. Iidem stirpem **trep-* adi. *tre-*

pidus eodem redire concedunt (ibid.). Sunt igitur formae: **tr-es-*: **tr-em-*: **tr-ep-*. De formis *(*s*)*t-ep-* (cf. slav. *tepo* „caedo“): *(*s*)*t-em-* (cf. lat. *temnō*, qua de voce cf. op. c., s. v.): *(*s*)*t-es-*/*(s)t-os-* (cf. gr. *τόσ-σαι*, *ἐπέ-τοσ-σε* „τυγχάνω“) in opusculo, quod inscribitur „Notes d'étymologie grecque“ (Dissertationes Academiae scientiarum et artium Slovenicae II, Ljubljana 1956, pag. 55) disputavimus. Ex quibus efficitur praeter formas **pr-em-*/*pr-es-*, a radice **per-* „schlagen“ (Pokorny 818 s.) profectas, etiam **pr-ep-* fingi potuisse. Itaque verbum *πρέπω* „falle in die Augen, erscheine, steche hervor, zeichne mich aus“ (Hofmann) aequae ac francogall. *frapper les yeux*, *frappant vim ferendi* insitam habere videtur.

Porro a forma **pr-em-* descendit *πρέμων* „Stammende, Strunk“ quod ab eo, quod *abscisum* est, nomen invenit, cf. alb. *pres* „haue ab, nieder; schneide“ (Pokorny 818).

Denique stirps **pr-ep-*/*pr-op-* „ferire“ in voce lat. *prope* latere videtur, cf. slav. *blizō* „prope“, e radice **bhlǵ-* „schlagen“ (Pokorny 160 s.) derivatum, gr. *ἴταρ* „id.“, quod verbo lat. *icō* comparatur, sim. (cf. Buck, Synonyms 867 s.). Quae explicandi ratio cum significationi vocis *prope* optime conveniat, -*c-* superlativi *proximus* magnam difficultatem habet. Sed ne ii quidem, qui vocem e **pro-que* profectam voluerunt, fidem fecerunt, cf. ea, quae Walde—Hofmann II 371 dicunt: „wegen *proximus* wohl aus **pro-que* . . .; doch ist die Bed.-Entwicklung unklar . . .“ vel Leumann, Lat. Gramm. 129 infra: „Die umgekehrte Assimilation von *pr—qu* zu *pr—p* wird wegen des Gutturals in *proximus* vermutet für *prope* . . . aus **pro-que*.“ Itaque conicere licet formam **prop-simos* propter eundem sonum *p* repetitum in *proximus* abisse, quamvis -*ps-*, si per se stet, non mutetur, cf. *ipse*.

Ljubljana.

M. Grošelj.